

terminus suus — finis vero huius comitatus, sicuti ad aures nostras declaratum est, est ita: prima in valle quę dicitur Ualtellina, secunda autem usque in ripa fluminis quod vocatur Adda, tertia scilicet ad Oculum flumen illius^a loci decurrentis, quarta quoque usque ad cortem, quam dicunt homines Casale Butano — cum omnibus appenditiis et viis districtis aldiones quoque et aldianas servos et ancillas terrasque^b et aequora piscationes foresta pascua, cum^c planitiis montibus et vallibus rupis rupinis et molendinis herimannos et herimannas^d. Omnia igitur^e haec^e ad predictam sanctam dei sedem donamus concedimus et santimus^f et sic regale preceptum eidem conscribi iussimus, ut iam dicta aeclesia teneat et supra dictus Ambrosius episcopus sui^g successores teneant possideant et quicquid facere voluerint ad augmentum et honorem supra dictae aeclesię fatiant. Placitum vero omnibus interdicimus nisi ante presentiam Ambrosii seu suorum^h successorum^h vel suorum missorum; et quicquid ante eorum presentiam finitum vel iudicatum fuerit, perpetua stabilitate permaneat. Precipientes itaque iubemus, ut deinceps nullus dux archiepiscopus episcopus comes marchio gastaldioⁱ aut ullus rei publice procurator seu alia quolibet magna parvaque persona nostrarum potestatum iam dictam sanctam dei aeclesiam dis^k vestire^k molestare conturbare audeat. Si quis igitur hanc nostram corroborationem rumpere aut irritare voluerit, sciat se compositurum auri optimi libras CC^{tas}^l, et omnia bona eius in bannum eveniant, medietatem camere nostrę et medietatem aeclesię sive Ambrosio aut suis successoribus. Et ut verius credatur^m firmiterque observetur, manu propria roborantes sigillo nostro infigi^f ibi^f iussimus.

§ Signum domni Heinrici (M.) et invictissimi regis. §
(SMP.)

§ Umfredus cancellarius vice domni Herimanni archicancellarii recognovit. § (SI. D.)

Datum non. april. anni^f domini mille XLI, indictione XI, anni^f autem domni Heinrici regnantis II, ordinationis vero eius XXIII; actum Magantias; feliciter.

a) davor fehlt etwas, von dem die folgenden Genitive abhängig sind. b) 's' auf Rasur. c) 'cū' über der Zeile nachgetragen. d) zwischen den beiden 'n' ist ein 's' ausradiert. e) 'igit haec' auf Rasur. f) A. g) 'i' korr. aus 'o'. h) beide Male 'ru' auf Rasur; korr. aus 'suos successores'. i) 'gas' auf Rasur, wahrscheinlich von 'comes'. k) in zwei Worten. l) 'tas' über die Zeile geschrieben. m) 'e' in das 'd' hineinkorrigiert.